



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

III. De euacua[n]da ordintaione, quae abse[n]te metropolitano fuerit facta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

CANONES.

I.

* al. fa-
cere eo-
rum, qui
* promo-
uentur,
Non liceat populo electionem * facere, qui ad
sacerdotium * prouocantur; sed iudicium sit epi-
scoporum; vt ipsi eum qui ordinandus est, pro-
bent, si in sermone, & fide, & in spiritali vita
edoctus est.

II.

Episcopum oportet maxime quidem ab omni
Concilio constitui: sed si hoc aut pro neces-
sitate, aut pro longinquitate itineris, difficile fu-
erit, ex omnibus tres colligantur, & omnium
præsentium, vel absentium subscriptiones tenean-
tur, & sic postea ordinatio fiat. Huius autem rei
potestas in omni prouincia ad metropolitanum
pertineat episcopum.

Dist. 63. cap.
Non licet.
& dist. 24.
Episcopus.
& dist. 64. c.
Episcopum.
Burch. lib. 1.
cap. 10. Iuô
p. 5. c. 64.
ex Nicæn.
Conc. c. 4.

III.

Non debet ordinari episcopus absque consi-
lio & præsentia metropolitana episcopi. Adesse
autem oportet omnes qui sunt in prouincia sa-
cerdotes, quos per suam debet epistolam con-
uocare. Et si quidem omnes occurrerint, melius:
* plures si autem hoc difficile fuerit, * plures oportet
occurrere. Qui autem non venerint, præsentiam
sui per suas epistolas faciant: & sic omnium facto
consensu, ordinationem episcopi fieri oportet. Si
autem aliter, præter quod a nobis terminatum est,
fuerit factum, talem ordinationem nihil præua-
lere decernimus. Si autem secundum Canones or-
dinatio episcopi fuerit facta, & aliquis * contra, sua

Dist. 65. c.
Non debet
ex Concil.
Antioch.
Can. 19.

Concil. Tom. 12.

Q999

malitia in aliquo contradixerit, plurimorum consensus obtineat.

IV.

9. q. 3. Per
singulas
prouincias.

Per singulas prouincias oportet episcopum cognoscere primatum metropolitani episcopi; & ipsum curam suscipere, nihil autem agere reliquos episcopos præter eum, secundum quod antiquitus a patribus nostris constitutum continetur in Canone. Propter quod & metropolitanus nihil sibi præsumptiue assumat absque consilio ceterorum.

V.

Si quis in parte alicuius fuerit ambitiosior inuentus, siue episcopus, siue presbyter, vel diaconus, de inferiori ciuitate non transeat ad maiorem. Quod si quis contra hæc magni Concilii constituta importunus extiterit, omnimodis euacuetur huiusmodi factum; & suæ iterum restauretur ecclesiæ, cuius episcopus, aut presbyter, aut diaconus prius fuerit constitutus.

VI.

Episcopum a propria parochia non liceat transire in aliam, neque sua sponte introire, neque inuitatus, neque ab episcopo coactus; sed permaneat in loco, in quo a Deo est ordinatus, & in eam quam fortiuit ecclesiam secundum antiquum Canonum institutum.

VII.

Si quis episcopus non per scripta metropolitani episcopi, aut qui cum eo sunt, rogatus, de alia prouincia in aliam venerit, sed præsumptiue irruens, ad ordinationem & constitutionem clerico-